

M I M

1 6 4 8



~~C. 6. 5~~  
Ll, 2, 3.

30 B 10.

In usum Pedagogii  
Regii Glauchensi

13.  
EPITHALAMIA  
NUPTIIS

*VIRI Admodum Reverendi, Clarissimi  
& Excellentissimi*

DN.

**M. MARTINI HEINSII,**

Ecclesiae Francofortanae ad Oderam Pastoris Di-  
gnissimi, & vicinarum Inspectoris vigi-  
lantissimi, gravissimi,

SPONSI,

ET

*VIRGINIS Lectissima, omnibusq; virtutibus  
Condecoratissima*

**ANNÆ HEDWIGÆ SEGERSI**

*VIRI*

*Multum Reverendi & Clarissimi*

DN. **M. IOHANNIS Segers /**

Ædis superioris Francoford. Diaconi  
fidelissimi, relictæ Filiae

SPONSÆ

15. Kal. Febr. Anno M. DC. XLVII. Francofordiæ  
celebrandis

Ab Amicis, & Fautoribus  
Dicata.

---

Typis Viduæ EICHORNIANÆ.

**S**pes generis, patriæ lux, atq; columna parentum,  
Gloria Myſtarum, gratiaq; Eusebies.  
**HEINſI**, ſi fato fieri connubia, docte,  
Credimus, ecqvis eo non tua facta putet?  
Divino certè fato junguntur amantes,  
Et fatum Sponſam tradidit ecce! tibi.  
Mos eſt multorum ſponſorum inquirere, ſponſæ  
Num ſit dos æris, formaq; pulchra ſatis.  
Interea volvunt vix nec vix pectore, vera  
An ſponſæ ſit dos, veraq; forma ſimul.  
Ducere te mage delectat, **PIE SPONſE** puellam,  
Cui dos eſt pietas, ingenuusq; pudor.  
Si genus aſpicias, **PATRE** nata eſt illa **SEGERO**,  
De quo non parvo ſtemma nitore micat.  
**Qui** vivus Pyliis verè digniſſimus annis,  
Eloquio Neſtor, Dædalus ingenio,  
Muſarum lumen, linguarum Suada ſacrarum,  
Myſta Dei fidus, præco vigilq; probus.  
**MATREM** quid referam? veræ pietatis amatrix  
Hæc erat, atq; decens, caſta, pudica ſatis.  
Inſuper eximiis aliis virtutibus aucta,  
Foeminei exemplar, luxq; jubarq; chori.  
Ex his orta venit, **HEINſI** tua Sponſa, polita  
Moribus egregiis, & pietate ſacrâ.  
Mentis condecorata bonis, ac corporis æquè,  
Ut forma & mores convenienter eant.  
**HEINſI**, gaude igitur, tali cum Conjuge vitam  
Quod ſis ducturus, quæ generoſa **SEGES**.  
Gaude Sponſe bono tanto, feliciter aude  
Agricolæ lætum munus obire pii.

Non



Non seges eludet messem fallacibus herbis,  
Sed tibi pergratas larga refundet opes.  
Gratulor ergo tibi Sponso, quod Sponsa pudica  
Digna subit thalamum, VIR reverende, tuum.  
Et tibi Sponsa simul grator, quod ritè potiris  
Digno laude Viro, fraude vacante Viro,  
Nempe Viro tanto, quo vi x præstantior alter  
Donis, doctrinâ, moribus atq; fide.  
Vivite concordēs stabili virtute beati,  
Vivite jucundâ prosperitate diu.  
Adsit *ἔργω*, DEUS, absit *ἔρις*, nec non mala cuncta,  
Dic veniant socio pignora chara toro.  
Christe novis itidem sponsis fac ut absit & adsit,  
Quicquid abesse decet, quicquid adesse juvat.  
Tuq; facer Flatus votis precibusq; faveto,  
Atq; his conjugibus præses adesto precor.  
Nunc Vir clare vale, ac strenam quam munere mitto,  
Hanc rogo digneris consuluisse boni.  
Fac valeas longum, tota mihi mente colende  
Affinis, dictis annuat alma Trias,  
Sancta Trias socii primus fundator amoris,  
Vos omni incolumes prosperitate beet.

*Pro gratæ Affinitatis debito  
benè precante quidem animo  
sed festinante calamo, inter  
labores sacros, Calendis  
Januarij. hæc scripsit*

**M. Cunradus V Vitcheibius,**  
Ecclesiæ Regiomontanæ in  
Neomarchia Pastor &  
Diœceseos Inspector.

**N** Il habeo majus tibi quod precer omine fausto,  
Quàm quò JOVA bonus numine, SPONSE, suo  
Concedat tibi, quæ sunt nomine vota secunda,  
Omine sint etiam vota secunda tibi.

M. Joannes Christophorus Ludacus,  
Ædis suprem. Francof. Con-  
cionator.

---

**H**EINSI Theiologum Decus ô presigne Cathedra,  
Quiq; sacro præes more decente Choro.  
Quando Tibi Viduo, præstanti flore Puella  
Traditur in thalamum SEGERIANA tuum:  
Me quoq; Musa Tuis gaudens applaudere cœptis,  
Ore licet multo debiliore, jubet.  
ANNA novæ nomen Sponsæ, revolubile ab ANNO est,  
Omen sit nomen, PASTOR amande, Tibi.  
Ut velut in sese formosa revolvitur ANNA,  
Atq; eadem retrò, quæ fuit antè, manet.  
Sic amor amborum in sese usq; recurat & usq; ;  
Sitq; in utroq; eadem, Sorte in utraq; fides.  
Hinc ferat, hinc metat eximias domus ordine plantas  
Frugiferas, ANNI sæpe imitata vices.  
Hoc precor, hoc opto: votis Deus annuat: *biccè*  
*Sit meus in tenui carmine magnus amor.*

Honoris & amoris  
ergò scrib.

M. Balthasar Cupfer.  
En manet

**E**N manet illa Sophum felix sententia; Phœbus  
Nubila formoso vultu mox excipit, atq;  
Dimotis tenebris rutilantia jactitat ora.

Hocce tuum exemplum Clarissime comprobas HEINSI.

Namq; tibi Costam castam violentia Mortis  
Quam rapuit, tandem DEus omnipotentis olympi  
Restituit, prima similem dum jungit Amicam,  
Moribus & pietate proba rediviva videtur

Iam (α) Catharis, partus accessent unius amba. (α) à græc. ναθαγός

Assonat & Nomen, dum hac (β) ANNA (γ) HETT (δ) WIGA voca- purus.

(MANNA sit ANNA tibi, Tu sis Pater illius, illa (β) (tur. ab Hebr. יְהוָה gratio-

Mater erit, paribus sic tunc (ε) certabitis armis!) sus gratiam fecit.

Illa sacerdotis soboles; Hanc atq; sacerdos (γ) Hett est ab Hetto S.

Progenuit; Cathrina Patris spes unica dicta Hatto, unde Otto ab Atta

Hec Patris & Matris spes dicitur una fuisse! s. Abba, ex Hebr.

Ut fuit illa tuis oculis purissima; sic Hæc (δ) Vig saxonice est

Moribus ecce nitens semper pergrata futura est. præsidium s. perfugium.

Contemplare oculos tremulo fulgore micantes, unde Hettvig præsidium

Aspice Nectareo suade rorantia succo s. perfugium Patris.

Ora, manusq; pias manibus comprende, pedemq; (ε) Martinus i. e. Bellicosq.

Observe celerem domui qui præerit ample.

Omnia que tu cumq; vides quacumq; videbis,

Mulcebunt blandè (credas) præcordia cincta

Torminibus, fesso tutum prebebit Asylum.

Hac HETTWIGA tibi, curas arcebit iniquas,

Tentabit varios animis expellere morsus,

Gaudia quò tandem laceratis cordibus indat.

Hunc igitur longò tractu foveatis Amorem

Temporis, absit epulans, ego adsit amicus.

Insit & his animis semper mens una duobus!

Res ut permagnas cumulat concordia concors  
Ex minimis; Vobis quoq; sic concordia suavis  
Pignora multa dabit, casti quò premia lecti  
Ad mensam vigeant, saliant, & balbula dicant.  
Quod si FOVA dabit, (dabit at sua vota petenti)  
Tunc Pater ipseus eris, Mater tunc Sponsa futura est,  
Hoc & uterq; modo capiet pro munere honorem.

Honoris & Affinitatis ergò  
Dn. Compatri, Sponso honora-  
tissimo ponebat

M. Johannes Laurentij,  
Ecclesiastes ad D. Nicol.  
Francof.

---

Ad Reverendum admodum Dominum  
Sponsum.

**A**NNA-HEDEWIGA suis TE tandem ubi cepit ocellis,  
Virginei Sanè Grátia prima chori:  
Hoc FELIX, FORTUNATUM QUE SIT! Ipseq; CHRISTUS  
Subscriptor constans, audiat, opto, tori!

Andie viel Ehr- und Tugendreiche Jungfer BRAUZE/  
auß des Hochgeehrten Herren BRAUZE/  
GAMS Namen;

M. MARTINUS HEINSIUS.

Durch versetzung der Buchstaben des Namens.

e in a mutato & r duplicato.

JESUS JSE MEIN IHWAN.

**S**olt' auch erregen sich des rauhen Gwitter's Sturm  
Im heiligen Ehstand bey euch: Sehet den Ort/

Da



Da ihr könnt sicher seyn für Unglück fort und fort  
In eures Liebsten NAM: MEIN JESUS IST  
MEIN LEBEN.

M. Georgius Reichenbach /  
ad Aedem inferiorem Francof.  
Concionator.

---

CHRISTUS conviva in nuptijs

Cananæis Joh. 2.

**P**rimum editur solennibus  
In gaudijs miraculum  
Præsente turba, pauperis  
Quæ venerat Sponsæ domum.

Cum filius DEi DEus

Homog<sub>3</sub>, matre cum sua

Nathanaëlis patria

Querna assideret mensula,

Gaudere convivas vetat

Penuria, antequam jubet

Christus sua potentia

Aquale vina fundere.

Letantur hospites, DEum

Sponsus celebrat: ut vides,

Præsente Christo largitas

Abunda, felix copia.

Qui nunquam abest, ubi sacro

Corda implicantur foedere,

*Servat*

*Servat suos, alit suos  
In cuncta dives tempora.  
Pares huic pia ANNULA  
Colisq; Christum qui tuis  
Doctum, pudicum, pergravem  
Amplexibus jungit Virum.*

Ita ex hesterno Evangelio  
affinitatis ergo salutat  
Neogamos

M. Gallus Mevius,  
Pastor Ripsiensis

---

**E**Ste procul Veneres, procul este Cupidinis arcus,  
Non hinc inveniunt numina caeca locum.  
Sunt rata, quæ CHRISTO Duce connectuntur amanti  
Vincula, non ullo dissolventa metu.  
O felix Virgo, pietas quam tanta Mariti  
Proq; Dei Zelus semper honore beat.  
Nubere non poteras equidem felicius ulli,  
Casta puellarum turba fatetur idem.  
Obsequio talem pudibunda verere maritum.  
Ex cujus radiis pulchra decensq; nites.  
At tibi, qui coetum divini nectare verbi  
Miranda recreas cum ratione sacrum,  
HEINSI, perpetuo prosperrima quæq; precamur.  
Sit torus iste tibi vita, medela, salus.  
Haecenus haud fictis CATHARIN deflesse peremptam  
Sufficiat lacrimis, desine, nupta monet,

Cui

Cui Pater ætheriæ plenus melligine Peithis  
Eloquio flectens corda SEGERUS erat,  
Præcoci ingenii damnum fatale subibat,  
Ex mento Juvenis; mente sagace Senex:  
Vitricus eduxit, titulis ille ampliter auctus  
HOFMANNUS famæ dignus ubiq; tubâ.

Honoris & observant. ergo scrib.

M. Joannes Mollerus.

**H**EINSIUS ad viadrum Francorum Pastor in urbe,  
Et Superattendens doctus, probus, atq; modestus,  
Quum sua Brandenburgi CATHARINULA primula ob-  
A Domino Francofurti capit ipse secundam Cisset,  
Deducitq; sacerdot aliè stemmate Costam,  
Quam sancto vigilanter ab IMMANUELE petivit.  
In thalamum fidum JANI venit ANNA HEDEVVIGA  
Filia SEGERI nostri Praconis amandi:  
IMMANUEL Rex iste novus quoq; suggerit istam.  
Gratia, laus & honor CHRISTO, qui est plura daturus.  
Jam felix abiit, rediit felicior annus.  
Anni principium, medium finemq; secundes  
Mundi Salvator, toto de corde precabor,  
Ut pater omnipotens confortet corporis artus,  
Atq; novis Sponsis condonet Nestoris annos,  
Omnibus in rebus feliciter omnia cedant,  
Ac ambo ditescant artibus atq; animabus.  
Ipse suis votis Sponsus doctissimus optat:

B

Affinis

*Affinis simul et virgo lepidissima poscit  
Connubij vitam faustam, placidam atq; salubrem.*

M. Andreas Ebertus, hymenæum  
debitum canturus fuit.

**Q**uem fugiunt ritus Jovæ & mirabilis ordo,  
is spectet vitam VIR VENERANDE tuam,  
Sacros qui nescit ductus & mystica Fata,  
perpendat Fatum, casta Virago, tuum.  
Te tua deseruit conjux suavissima, SPONSE,  
infantem SPONSAM dulcis uterq; Parens.  
Hic dolor, hæ lacrimæ. Quid Conjuge, quidvè Parente  
dulcius? Infidias struxit utriq; Draco.  
Nunc at abunde Deus compensat tristia lætis,  
per varios casus tenditis ad requiem.  
Redditur illa Tibi Conjux, Sponsæq; parentem  
JOVA dedit, cessant livor & invidia.  
Amplexu pulchræ Clarissime SPONSE Puellæ  
dignus es, & thalamo SPONSA venusta tuo.  
Nobile PAR, opto vigeas in amore perenni,  
sint procul à thalamo jurgia, damna, merus.

*Ita vocet*

M. Georgius Schlieff/  
Colbergâ - Pom.

**C**uncta regit JESUS, vastus que continet orbis;  
Qua vexant hominum pectora, cuncta regit.  
Ergò durabo. Sint hæc, sint aspera quamvis  
Vita. Nam dextrâ JESULE, cuncta geris.

Castissimæ Sponsæ responsum.

**E** Wol! Herzliebster Schatz: So laßt den Harm sich legē;  
Denckt / euer JESUUM  
Wird euers Creuzes Pein  
Versüßen / und allein  
Ewr Hülff und Labsal seyn.  
Nun nahet wieder an von ihm durch mich ein Segen.

Ad Excellentissimum Dominum Sponsum.

**E**T tandem fiunt, que vult divina potestas,  
In multos quamvis differat illa dies  
Connubium vestrum docet hoc, Clarissime Fautor,  
Est jam, dilatatum quod fuit antè, ratum.  
Felix conjugium vestrum. Nam fausta vocamus,  
Cum sese sociat par pietate pari.  
Fausta, precor, semper maneant hæc fœdera vestra.  
Sit sine lite domus, non sine prole torus.  
Vobis se jungat JESUS: benedictio JOVÆ  
Adsit perpetuò, sitq; levamen! Amen.

An die Zugentreiche Braut.

**S**chönste Braut / sie hat gewonnen.  
Hoffnung hat die Oberhand.  
Ob sie andern ist zerronnen /  
Und das Blat sich hat gewand:  
Ist doch ihr das Kleinod worden /  
Der Stern im gelehrten Orden.  
2. Sie hat ja nun ihr Verlangen  
Ganz gestillt. Der werthe Mann /  
Dessen Wissenschafft das Prangen  
Edler Köpffe bilden kan /  
Hat sich nunmehr fast verschrieben /  
Sie / geehrte Braut / zu lieben.  
3. Sie wird auch darauff gedencen /  
Wie sie / vnserer Jungfern Zier /  
Füalich ihm die Gunst wird schencken /  
Und ihn lieben für und für.

Drauff

Drauff wird ihr zu Danck und Lobne  
Werden eine neue Krone.

• Wenn der braunen Nacht Furirer  
Wird im linden Süden stehn/  
Und der gelben Sternen Führer  
Wird aus Mitternacht auffgehn:  
Dann wird auch ihr Lob erbleichen/  
Und der liebe Ruhm verschleichen.

5. Wo die Sonne wäscht den Wagen!  
Wo ihr roter Post-bott rent/  
Wird man ihre Liebe sagen/  
Die durch stete Flammen brennt.  
Werden sie dann beyde bleiben;  
Wird man auff die Brust diß schreiben:

6. Stehe Wandersmann: betweine/  
Das in dieser Krafft für dir/  
Der gelehrt' und auch die feine  
Liegen eingescharrt hier/  
Die sich liebten ohne Massen.  
Gehe glücklich deine Strassen.

*Hac l. m. q. licet  
sterili venâ, f.*

Johann-Georgius Hanaw.

Ex Plutarchi Præcept.

Connub.

**N**ON AMOR est verus, vultûs quem sola paravit  
FORMA: nisi MENS sit candida, FORMA perit.  
Si FORMÆ pereuntis AMOR perit, omnis AMORIS  
Concidit effectus, *Litigiumq.* manet.

Ibret

**D**hrer viel wenn sie ist wollen  
Nach der recht-erlangten Zeit  
(Der sie billich lassen sollen  
Die vergönte Lust und Freud)  
Sich ein liebes Weib zu legen /  
Pflügen sie mit höchstem Fleiß  
Daß / was wol den besten Preis  
Bey sich habe / zuerwegen.

Dieser sieht auff Gold und Schätze  
Was das reiche Peru giebt /  
Damit er den Hunger leke  
Seines Geizes / weil er liebe  
Nur die Wollust seiner Sinnen ;  
Schawt nicht ob sie grindig / blind /  
Schäbig / wütend / böse sind /  
Oder was sie gutes spinnen.

Dieser lästet sich bedüncken  
Diese sol die schönste seyn /  
Welcher Augen-lichter flincken  
Gleich der hellen Sonnen-schein /  
Welcher Leffen / Mund / und Wangen  
(Die doch offters / wie man weiß /  
Angestrichen sind mit Fleiß)  
Mit der Scharlach-farbe prangen .

Jenem scheinets wol getroffen  
Wenn er süsse Worte find /  
(So nach falsch-gemachtem Hoffen  
Auch betrüglich funden sind /)  
Denckt nicht daß dahinden lieget /  
Wenn des falschen Wortes = giffte  
B ij Sein

Sind des  
Antonius  
vō Gues  
parra  
Wort.  
Tom . 3.  
Epist p. 6. 20

Sein endzücket Herze triffe /  
Was zwar schmeichelt doch betrieget.

Aber die auff Zucht und Tugend  
Vnd auff guter Sitten Pracht /  
Als den Zieracht zarter Jugend  
Mehr denn Reichthumb haben acht;  
Die/ so mehr die Keuscheit loben/  
Als ein schönödes Angesicht/  
Das ein Fieber leicht zerbricht /  
Werden billich hoch erhoben.

Reichthumb/ Schönheit/ gute Sitten/  
Wenn die drey beysammen sind /  
Kan man ferner nichts mehr bitten;  
Doch gar selten man sie find;  
Massen offters sich ereuget/  
Das Reich/ Fromb/ und Schöne sein  
Trefte selten über ein /  
Wie das alte Sprichwort zeuget.

Reichthumb hohe Sinnen schwellet/  
Schönheit bringet stolzen Muht;  
Die zu andern sich gesellet  
Jene zeigt das grosse Gut;  
Wollen beyde Herren heissen/  
Vnd der Mann sol Diener seyn;  
Der trinckt Wasser/ jene Wein/  
Das die Ungesichter gleissen.

Hieraus kommet Haß und schlagen  
Miß-gunst/ und der blasse Neid /  
Kiebeln/ beissen/ fressen/ nagen/  
Vntreu/ und viel Herzen-leid/

Also



Also das die heisse Flamme  
Im vermeinten Fege-feur/  
Einen Raum so ungeheur  
Martern können alzusammen.

Aber wo Gemütes Gaben/  
Frömmigkeit / Verstand und Wiß  
Sambt der Klugheit ihren Sitz  
Vnd gewünschte Ruh-statt haben/  
Da ist Schönheit so da bleibet /  
Welche nicht die alte Zeit  
Mit der grauen Ewigkeit/  
Noch der bleiche Tod vertreibet.

Diese können zubereiten  
Das / was ihnen bringen kan  
Männer-gunst zu allen Zeiten:  
Dem der beste Marzapan  
Treue Männer wol zu speisen /  
Ist allein Verschwiegenheit /  
Zucht / Gedult / und Einsamkeit /  
Friedsam sein. Das ist zu Preisen.  
Drumb Herr Bräutigam weil ER wendet  
Seiner Sinn- und Augen-licht  
Nicht auff das / was leichtlich endet  
Nach-zeit / und was bald zerbricht;  
So hat das / was ewig blühet /  
Vnd auß unser Grabes-gruffe  
Nach dem Tode stetig rufft /  
Ihn auch rühmlich nur bemühet.  
Nicht hat er auff Gold-umbhangen /  
Nicht auff grosse Kleider-tracht /

Sindebens  
mässig ers  
meldeten  
Antonius  
vō Guevar  
ca Wort  
in Horol.  
Princip. lib.  
2. c. 6. in fin.

Niche

Nicht auff stolzer Worte-prangen/  
Nicht auff schnöder-schöne Pracht  
Seine Liebe wollen bauen/  
(Weil Betrug und falsche List  
Oftters hinterstellig ist)  
Noch dem Schein und Schatten trauen.  
Sondern derer keusche Sinnen  
Derer Scham und Tugend-zier  
Welche vielen abgewinnen  
Und bey weitem gehen für/  
Haben ihn so hart umbfangen/  
Daß er auch bey Tag und Nacht  
Einzig nur dahin getracht/  
Wie er möchte Sie erlangen.  
Weil es demnach einig rühret  
Von dem weisen Gottes-raht/  
Wie man offenbar verspüret/  
Wird ihm schwerlich diese That  
Noch der gute Rauff gereuen;  
Es wird ihm ihr Herz und Mund  
Nach dem treu-verknüpfften Bund/  
Lebens-lang gewiß erfreuen.  
Hierzu gebe seinen Segen  
Gott/ der diesen Orden liebt/  
Und dem/ der auff seinen Wegen  
Wandelt/ alles Gutes giebt/  
Daß ihr beyd in Fried und Freuden  
In gewünschter Liebes-ruh

Bringet

Bringet hundert Jahre zu  
Bis Euch sanfft der Tod wird scheiden.

Zu sonderbaren Ehren aufgesetzt

Von

Samuel Lorenz/

von Guben.

---

**M**agnates trahit aurum; & acre ferrum  
Magnes, vitacitâ; trahit vicissim  
Hunc natura, movetq; versus Austrum.

Traxit vos amor; atq; junxit una

Virtus; conciliare, SPONSE, mores

Æquales. Trahit hic movetq; SPONSOS

Magnes ad thalamum vigore magno.

Functuram benè vertat hanc Jehova!

Vobis corda in amore puriora

Auro, sub cruce quâq; firmiora

Quovis ferro, in utraq; sorte ad unum

Sint directa polum, DEUM. Valet.

Amoris ac magni honoris ergò

sic admodulabatur

Christianus Alberti, LL. Sc.

---

**T**ertius astrimicâ se zonâ Cynthio ambit,

Cum fles tristem abitum conjugis ad superos,

HEINSI, Pieridum Præclaras ducte per artes,

HEINSI Theologies Svada ministra sacra.

Scilicet æternos caræ haut invideris hymnos

Auxiliatrici, quæis sonat aula poli,

C

Vmbram

Umbram prosequeris surdam, dum tristibus hymnis  
Sat desiderij prodis acerba tui.

Juverit at jugem cum Compate ducere vitam,  
Quam semel ipse DEVS glutinat & pietas,  
Currere bis tamen est melius, quam currere tristi  
Tramitee, quod cœli rege probante facis.

Is Charin hanc sociam quam copulat, uberis ævi  
Te spatium casto faxit amare modo.

Quem colis ætherio residens super axe JEHOVA,  
Acto humanos qui regit usq; bonus,  
Restaurare paras lecti dum damna jugalis,  
Adsit, & in thalamum commoda mille ferat,

Raheli Isaciden qui junxit amore secundo,  
Te beet, & costam, quam tibi mysta dicat!

Candida pax gremio foveat pia corcula puro,  
Floreat & vegetâ prole corona domûs.

*Observantia ergo vovet*

Tobias Reinhartus  
Spand-March.

---

**G** Ratulor ex animo tibi nunc, Venerande Magister,  
Quod castum in thalamum pulchra puella venit:  
Et letor, tali quod consociaris amica,  
Quæ rectè Sponsum scit coluisse suum.  
Adjutrix hac fida tibi, Promotor amande,  
Inq; tuis curis dulce levamen erit.  
Vivite felices numerantes Nestoris annos,  
Matbusalaq; senis: Vita sit acta Deo.

*Ita ὀλοκαρδίως acclamat*

Iohannes Kienscherffius.  
Spandov; Marchico.

**L**ux optata venit tandem, *Venerande Patrone,*  
 Quâ renovas socij foedera sancta tori.  
 Jacturam thalami domus hæc deflevit abunde,  
 Et petijt *Numen*, quò repararet eam.  
 Factum est, restituit sociam *Deus* autor amoris,  
 Quæ possit raptæ ritè subire vices,  
 Gratulor ex animo, nam quî non gratuler illi,  
 Cujus quotidie prosperitate fruor?  
 Fac *Deus*, ut *sponsis* constanti semper amore  
 Floreat, & crescat prole, salute torus.

Andreas Uckerman,  
 Tangermundensis  
 Palæo-Marchicus.

**Μ**ῦσαι πιερίηθεν ἐπέυχομαι ἐξ ἐλικῶν  
 Ἐἰς ἄμμων κατὰβητε πολιν, τέχνησιν ἀγαυαῖς  
 ἀνδρῶσιν, καὶ ἐμεῦ ἀφάτῃ φράζεσθε αἰοιδῆν,  
 Μῆτ' εὖ μηδὲ ἐπισημένως, σιληροῖσι δ' ἔπεσσι,  
 Ἄνδρα κλυτὸν καὶ ἀφνειὸν φρένας ἐκκορυφῶντ',  
 Ὅν ὑψιβρεμέτης ὁ θεὸς βριάσασκε φρονήσει,  
 Τῷ μορφῆν λιγυροῖς ἔπεσι σέφει ἔκλε καθέδρης  
 Κήρυξ ὡσε θεῶ, δὴ ὡσγε διάκτορος ἀγνός,  
 Ἐἰς ὄχλον λαλέων ὅπα λειριόεσαν ἴησι,  
 Καὶ μερόπεσι βίῃ μακρὸν καὶ ὄρθιον οἶμον  
 Δείκνυσιν ἐσομένῃ, τὸν μὴ χρόνῳ οἶδεν ὀλέσθαι.  
 Ὅσγε καλῶς δὴ Ἄνῆρ Νεονύμφην ἤγε γυναῖκα  
 Τήμερον εἰς ἐτέρην (πρόλεθρον μὲν καὶ περ' ἔσθην  
 Ἠῦκομον γαμέτην τε φίλην μάλα, εἶλε κραταίην  
 Μοῖρα, τὰχ' ἔτελείετο βελή)

Παρθε-

Παρθενικήν τε γαμήϊ πολλὸν κεδνοῖς χαρίεσσιν  
 ἠθέσιν, ἧς γε ὁδὸν κεν ἐπαινῆσαι νοήσας.  
 Πᾶν καλὸν χροῖ κόσμον ἐφήρμοσεν αἰθέρι νάων  
 ὕψισω χαρίτων σεμνάων δ' εἰς ὧπα ἔοικε.  
 Ὡσε φιλοφρονέμεν γαμήϊς σέο εἵνεκα, Φώτων  
 θαυμάσιε, γλυκερῶ τ' ἀπολάυειν χάρματος αὐτῶ.  
 εἶα γένοι κε προσηγομένη Νεονύμφη ἔμοιγε  
 Πότνια, λεπρέμενα κατὰ θυμὸν, πάντοτε χαίρειν.  
 εὐχομαι ἀμφοτέρων μάλα χρήσιμα, ἀντὶ δὲ πάντων  
 εἰρήνην θεῖα, ἧς μὴ κρείσσον μὴ ἄρειον  
 ἄνθρώποις κηρήρεφέεσσι πέλει κατὰ γαῖαν,  
 σχετλίη ἔτ' ἕρις νυκτὸς θυγάτηρ ἐρεβεννῆς  
 φεύξει ἔκη ὑμῶν θάλασσαν, κ' ἄτη συγερωπῆς,  
 αὐτὰρ ἔρωσ γαμικὸς, φρένες εὐμενέες τ' ἐνὶ οἴκῳ  
 ὑμῶν ἀνθήσασ' ἀκμὴν κατὰ καρπολοκῦβτες.  
 Ὡσε ὁμοφρονέοντε νοήμασι πράττετον ἀμφω  
 νέσορος εἰς γενεὰς τρεῖς. Ὀλβια ταῦτα καλῶμα.

Εἰς ὀλοφιλίας καὶ θεραπείας ἀξίαι τεκμήριον, ἱμαῖς ταῖς  
 γαμικαῖς σεμνοτάτ' ἀμα καὶ ἐπιστημονεσ' ἀτὰρ Νυμφίῳ  
 ἀπὸ καρδίας συμφωνήσας γέγονεν

Adam Becker Francof. March.

**M** Agnum post luctum, succedere gaudia magna,  
 Lux hodierna docet, Sponse colende, satis,  
 Dum tibi post viduas noctes sociatur amica,  
 Qua tibi sudanti dulce levamen erit.

Divinum numen tua vota secunda secundet,  
 Sponse, torum multâ prosperitate beet!

CHRISTIAN CRIEGER, Berol. March,

•• (o) ••

Carmen Elegiacum quod scripsi Joanni Baptista Gebelio  
Svidnic. Silesio Pastori Ecclae in Raciborow.

cum praedum Magistrum nancisceret Decano  
M. Theodoro Berto 17 Calend. Maij  
A. 624. aetate meae 19.

Ita bonis avibus GEBELI, quos Deus Autor,  
Quos te fata vocant, ita bonis avibus.

Magnum opus adgrederis, sed, quod tibi cine fultus  
Numinis atberei, fortiter expedies.

Ambuet orantis linguam locuplete Suada,

**SPIRITUS** Orator caelicus ille, tuam.

Seminium disperge **DEI** per cordium agellos:

Nec sine mole preces, aut sine fruge, dato.

Et vineta **DEI** assiduo accubudq; labore

Percole, quo fructus mille, supraq; ferant:

**BAPTISTAM** ex cathedra **BAPTISTA** imitare tonantem

**GEBELI!** vera pro pietate puta:

Instrue non-doctos, errantes corrige, fractos

Erige, confuta dogmata vera minus.

Sic vivente volent tecum partizier annos

Prospera dicentes quos sacra dicta feres.

Sublatiq; olim manibus, sine pondere terram

Manibus optabunt, (sed bene sero) tuis,

Cum tuba te rupta tumba revocabit ab umbris,

**IOVA**, mei pastor dicet, adesto, gregis;

Ambrosia rursus te pascam & nectare; quare

Magna cape astrati praemia, carpe, poli.

Hoc penitis animi penetrabilibus opto, precorq;

**JANE** mihi multo n nomine care! **VACE.**

ULB Halle

3

002 062 674







B.I.G.

Farbkarte #13

Centimetres

Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue

HALAMIA  
UPTIIS

um Reverendi, Clarissimi  
Excellentissimi

DN.

INI HEINSII,

tanæ ad Oderam Pastoris Di-  
einarum Inspectoris vigi-  
ssimi, gravissimi,

SPONSI,

ET

etissima, omnibusq; virtutibus  
condecoratissima

DWIGÆ SEGERS

VIRI

reverendi & Clarissimi

HANNIS Segers /

ris Francoford. Diaconi

ssimi, relictæ Filia

SPONSÆ

no M. DC. XLVII. Francofordiæ

celebrandis

nicis, & Fautoribus

Dicata.

uæ EICHORNIANÆ.

13.